

COMOEDIA  
NOVA AC SACRA, CVI  
TITVLVS, SOTER  
GLORIOSVS.

*Aucto<sup>r</sup>y*  
Francisco Eucolo Gandensi.



LOVANII,  
Apud Ioannem Bogardum, sub Bibliis  
aureis, Anno

M. D. LXIII.  
*De Collegio de la Compa de Jesus de granada*

211803368

Privilegij tenor.

Regio diplomate cautum est ne quis Francisci  
Eucoli Comœdias, collectos hymnos ac adagia, ce-  
teraque eiusdem auctoris lucubrations in omnibus  
hisce sua maiestatis ditionibus intra sex annos  
proximos vlo modo imprimat , aut alibi im-  
presas importet aut venum exponat, absque ex-  
presso dicti Francisci consensu eiusque voluntate.  
Qui secus faxit, pena ex sanctione multabi-  
tur, librique impressi, aut inter promerciales ha-  
biti, fisco addicentur . Datum Bruxellæ vij. Id.  
Febr. 1562. Subsignatum

De Langhj.

# EXIMIO RERVM

QUE EXPERIENTIA ET ERV-  
DITIONE PRÆSTANTI THEOLOGO,  
sacraq; paginae apud Louanienses professori, ac Eccle-  
sie B. Petri in eadem urbe pastori vigilanssimo,  
Brugarum Episcopo nuper designato, D. & M.

Petro Curtio, fuit ori suo semper colendo,  
Franciscus Eucolus Gande ciuis sa-  
lutem hic optat felicem, & olim  
immortalem.

**S**olent reuerende D. qui artificium  
inuulere officinas , non illubenter  
eo subinde animi gratia regredi:  
& quæ ipsi elaborare mente ac ma-  
nibus opera nequeant, per otium  
nec moleste cernere, & gratariter alienam proba-  
re industriad. Quin , vbi a proprijs quid nego-  
tijs supereft temporis, simios agere, atque obser-  
uatas imitari lineas, modosque , vt qui dum au-  
loedi esse non possunt , cytharædorum tamen se  
loco censi non ægre ferant . Quod mihi a iu-  
uentute vsu prope venisse subin memoror. Ete-  
niam tuæ benignitatis candore in familiam olim  
& mensæ communionem admissus, adque Scri-  
pturarum studia vtcunque prouectus, et si deinde  
certis alio de cauiss descierim, & me connu-  
bij insuper fædere adstrinxerim: tamē si quādo  
feriari a prophanis datur occupationibus , anti-  
quius habeo nihil, quām vt in omissis non felici

A 2 ter

ter diuinæ scientiæ viretis iucunde diuerser, illicque mentē ac ingenij vires abunde solideque refocillem: vbi veteris flammæ scintilla ducente verus ignis animæque pabulū modo deprehendit. Horum lectione quondam affectus, non superuacuum duxi vnā materiam totius Christianismi palmariam, nempe magnificam Sotéris nostri, pastorumque Principis in carne anastasim, certā resurrectionis humanæ initiationem firmamque basim per comicos quinque dispartiri actus. Impulerat eodem, pietate & doctrina celeber paedagogus D. Egidius tutor, litteris & amicitia pridem mihi deuinctus, cuius quoniam horratu primam summamque stylo manum apposueram, eiusdem cura lucubratiunculam in theatro peritorum chorus exhibendam, expendendamque coactus demum fui permettere. Quod postquam ille anno partæ salutis 1550. publice ipsa Ascensionis die nō illaudatus peregerat, monere non destitit deinceps per interualla, tum familiarium aliquot, vt typographo excudendam mandarem. Ego vero domi conscius haud in vulgari, verum libera, nec yllis circumscripta cancellis periculose versatum me pallæstra, neque rursum pro dignitate argumenti prudentioribus fecisse satis, nullam mihi veniā, purgationem, aut defensionem magis æquā aut propinquam fore perspexi, quām si fautoris tam idonei auspiciis in apertum prodire sinam. Quis enim potior contigit aut occurrere queat, cuius dignitatibz hoc, quidquid est, libelli magis opportune

tune dedicare possim aut obliger? Ipse enim (ne cetera referam benemerita) propalādam studiosis tunc opellam nomini tui subscriptione comprobasti, cui vni has sacræ p̄imitias actionis, qualescumque profectus nostri reliquias, vt non dicam meipsum, omni iure debeo: qui tenerorum olim morum ac disciplinæ partim formator, patronus esse in posterum nunquam supersedisti. Quapropter eximie Doctor ac Episcope, hunc libellum vtpote grati animi symbolum, sereno vultu, propensaque dextra excipere, ac in pretiosæ infimū admittere nidum bibliothecæ, tu me meaque porro tueri ne p̄igeat. quod pro cōmunis patriæ regionis, natalisque mihi vrbis amore, in qua pueritiæ ac adolescentiæ cursum absque tædio duxisti, tuaque genuina humanitate, ac sincero erga me vique affectu beneuole neque minus strenue facturum spero atque con fido. Vale præstissime in Christo Domine, qui tuos successus augere in melius, ac beato tadem fine perficere dignetur. E. Gandauro Flandriarum, post assertum Orbem anno 1560. quinto Kalendas Martij.

Enco-

et 3

Encomium exercitationis tempore  
spectaculi pro valuis  
positum.

**Q**uis ab Aonio vitreū bibis amne liquorem,  
Nataq; museo diligis orsa choro,  
Et petis intento surrecta proscenia passu,  
Limine pernucem siste patente gradum.  
Siste pedem, breuis est mora: prater iisse licebit,  
Cum ratio nostra cogit amentis erit.  
Comica solenni quoniam monumenta receptum  
More per est actus edere secta suos:  
Nos quoque tam longo nibil imminuemus ab usu,  
Hoc decet, id magna est utilitas opus.  
Imbuat egregias cum quippe scientia mentes,  
Pingitur ut tabula mollis imago rudi,  
Accipiunt faciles, memori male parte recondunt,  
Obstat enim atatis culpa vagusq; calor.  
**Q**ui tamen euadunt dein exercendo tenaces,  
Sedulitas artes irrequieta docet.  
Nunc duo disceptant, comes est infamia victo,  
Soliuit alterna questio motu vice.  
Nunc peragunt ludos, constans spectacula circum  
Excitat auditor follicitatq; metu.  
Nanque nihil iuuenes animos accendere palma  
Nobilis, & validum laudis amore magis.  
Hinc pudor, hinc decoris stimulat generosa cupidio,  
Turpe premi: pulchrum, si patiatur honos.  
Tunc literis studuisse inuit, iam discere carum.  
Incipit immensus sponte placere labor.

Alter

**A**lter adest fructus: quod bebes doctrina reformat.  
Pectus, & ingenium diuite dote polit.  
Saltibus in siquidem generis cum semina nostri  
Errarent missis non aliena feris,  
Ipsarudes populos facundia mercurialis  
Legibus induxit vivere prima datis.  
Ocius ambitas subierunt mænibus urbes,  
Et pariter riuis obtinuere probos.  
Scilicet eloquio flectente ferocia corda,  
Prorsus & hic vires expediente suas.  
Tunc & in arboreis cecinerunt carmina ripis,  
Totaq; per partes fabula cœpit agi.  
Protinus ut præsens imitata mentio vita  
Posset in exemplum ruri & in urbe trahi.  
Idq; satis liquido reor insinuasse quid, anis  
Sicut in antiquis, scenica cura iunct.  
Indolis hinc celse specimen dare sedula pubes  
Prodit in expositis structa theatra locis.  
Materie nomen, rediuiui adspiciens Iesu,  
Inclita quem nullo gloria fine beat.  
Nec tamen auctoris tacitum scrutabere nomen,  
Uilior hac ne res sit ratione tibi.  
Ipse sui quoniam curam seponit honoris,  
Sit modo pectoribus functio grata bonis.  
Paruit accepti voto precibusq; fidalis,  
Numina post erat hunc demeruisse satis.  
Vos tamen offici ne more absistite vestri  
Plaudere, supremus cura finet ora sonus.  
Nec quia, qui Latio donauerat ante Menandrum,  
Non sit eo rapias languidiore manu.  
Ut tepor, & verna demulcet ut aura diei,

4

Commen-

*Commendat missus gratia mira nouos.  
Spargitur in vulgo simul actio signa frequenter,  
Affolet applausu frigidiore dari.  
Nil sub sole recens, alias tamen addidit ansas,  
Cultior historia statque superficies.  
Namq[ue] benigna cohors, hora sonuere secunda  
Signa, domo praeceps interiore subi.  
Libera qua extremis patet adibus area, turbans  
Excipit, hic palmarum fine memento dare.  
Sed fuge, cortina diducit vela choragus:  
Iste dum restas, infit ibi prologus.*

### OCTOSTICHON MORIONIS INSTRUCTI, FORIBUS PRÆFIXUM.

*A Nte fôres quidnam restas spectare vocatus?  
Janua Pierio cum fit aperta choro.  
Ecquid adhuc dubitas? carmen scio poscis: at extra  
Limen eas nugas chartula nulla dabit.  
Non didici grâce, docuit me nemo latine:  
Verba nec hebreæ proloquo orta domo.  
Perge, vel extemplo fronti complosus incepta  
Cottabus insano findet ibi silicem.*

Tragi-

### Tragicomœdia, cui titulus Soter Gloriosus.

#### Prologus.

Iambici Senarij.



*Ter decora Patriciorum concio,  
Eg[ae] mediocri sorte non ignobiles,  
Quibus secundum sterna conciliat litteræ,  
Quod in benignis hospitata mentibus*

*Dias Minervæ functiones suggerit,  
Humaniore cuius anocamine  
Mulcetis alta sape serio publica:  
Uobis Choragus vniuersis sedulo  
Sanis salutem dicit, optatq[ue], assiduam.  
Candoris ingens cogit exemplum: quoniam hac  
Vnanimis ardor allicit spectaculi.  
Quapropter illud cauit accuratius,  
Ne alicubi vestrâm opinionem falleret.  
Si fallat usquâ: lene sperans iudicium.  
Nanque instituta hac actionis materia est,  
Quæ, præter hoc quod integrum sibi ingenium  
Deposcit, hand in qualibet tractabilis  
Manu: sed alia parte tam vera ac sacra,  
Ut in amorem singulos trahat sui,  
Facilemq[ue] possit parere veniam si minus  
Sit eleganter, aut tractata dextere.  
Quocunque tandem eum manet sententia,  
Sublimiore periclitatus in filo,*

*Modo ad humilem sua verba demittit sonum,  
In hoc amicorum obscurans arbitrio:  
Alioqui scriptis timidus in theatricis,  
Quando alius alijs seruit aut placet modus.  
T am multa rerum ad inuicem discordia, &  
Diffimilis adeo mentium est philautia.  
Nunc agite puris (ò viri) penetrabilibus  
Patulas per aures traditote Euangeliū,  
Et temporis, nostroq; statui accommodum  
Velut medullam bibliorū: quandoquidem,  
Postquam soli calig; rector oppetyt  
Mortalium dignatus exequi vicem,  
Quid latius festiuinſq; quiuerat  
Succedere, ac non dubia resurreccio?  
Certam futuri que nouat ſpem ſeculi?  
Ne more pecorum, ex heresi Sadducia,  
Reamur animam cum loculo decedere.  
Hanc vero Soter gloriſſus afferit,  
Pullos ſub alas, ſicut ouipara, conuocans,  
Vt q; pelicanus ſanguine ſuos nutriens:  
Idem ipſe Phoenix morte vitam reſtituit,  
Celosq; celo aquile volatu transiit,  
Vt carne, mundo, demone, ac praua heresi,  
Impreſſione quadripartita horſium,  
Pecunias nos raperet illo denique.  
A deſte proni pectore, oculis, gestibus:  
Ne ſi ſeuoram ruga frontem praefrat,  
Pudens ephæbus peccet in ſcena: prius  
Quām thema facti dixerit, non fabulam.*

*Argu-*

## *Argumentum.*

*Idem genus carminis.*

*Actus 1.*

*SOtēre Iesu condito ſubter lapidem  
Excufſa ſomno turma militum trepide  
Diffugit, adſunt Magdalena, Iacob; &  
Maria Salome, parant q; Christum obungere.  
Nusquam reperio corpore, ablatum memorant.  
In hortulani poſtea appetet ſpecie,*

*2.*

*Castrum deinceps cum duo Emaus peterent,  
Incognitus ſe obtulit comitem via,  
In fractione panis inde notus, &*

*3.*

*Mox congregatos mediis inter diſcipulos*

*4.*

*Petrus Simon fors atque Thomas Didymus  
Nati Zebedao, iunctus & Nathanael  
Mare Tyberiadis nauigabant, complacuit  
Piscatus, ipſe Dominus interea obuenit:  
Granique captu interloquens diſcernitur.*

*5.*

*In praefituto monte Galilea dein  
Cum ſe videndum conſtituifet omnibus,  
Hinc in Oliuetum deciat Bethania,  
Ibi, ut cacumen terigit, igneo eloquio  
Hortatus omnes ad fidei constantiam:  
Tandem Angelorum obsequio in aſtra aſſumtuſ eſt.*

*Parti-*

## Partitio locorum theatri.

Monumentum.  
Porta vel Rys.

Hieroslyma.  
Synagoga.

Domus matris Marci, quo conuenie-  
bant discipuli.

## Personæ.

Primo: Recitator prologi, periocha sive ar-  
gumenti, & perorationis.

## Interlocutores.

Maria Magdalena.

Caiphas.

Maria Iacobi.

Amos.

Maria Salome.

Petrus.

Gabriel Angelus.

Berptolomaeus.

Gillo & Romanimi-

Philippus.

Casca. S. lites.

Jacobus Justus.

D. Maria mater Domi. Thomas.

Nathanael.

Ioannes.

Ostas.

Lucas.

Syba seruns sacerdotis.

Cleophas.

## Actus

Christus apparens.

## Actus primi Scena prima.

Maria Magdalena, Iacobi, Salome.

Iambicum anacreontium, dimetrum  
catalecticum.

MAG. A Gedum pia sodales  
Tendamus ad sepulcrum.

MAR. En nos tibi propinquas.

MAG. Num pixides parasitis?

MAR. Hem singula pretiosam  
Vim balsami fragrantes.

MAG. Alacres profecto adeftis,  
Aduic quidem sopori  
Vos deditas verebar.

MAR. Itan' putas inertes,  
Ut uincione Christi  
A biduo instituta

Ignauie vacemus?

MAG. Non adeo, verum inopinas  
Natura sepe fallit:

Ubi prompta licet voluntas  
Infirma caro dominatur.

MAR. Humanus ille lapsus.

MAG. Quem sedulo ut cauerem,  
Sera sub alta noctis

Me sobria ad precandum  
Conuerti. MAR. Idem iraminentem  
Somnum fugavit ardor.

MAG. Nunquam tamen perinde

In fab-

*In sabbato supina  
Fui, omnia experientem.  
Mens quassa deferebat.  
MAR. Fortasse pridianus  
Cor impeditab horror.*

*MAG. Fieri potest, vel illud  
Vexabat inaduentem:  
Quod officium haud  
Præstare Domino possem.  
MAR. Propiora vero dicas.  
Nanque ille non vulgari  
Amore te ambiebat.  
MAG. Agnoso Dei bonitatem.  
Quo modo etenim merebar:  
Cum filiam gehenna  
E morte, demonumq;  
Septem manu, virumq;  
Complexibus retractam,  
Modum erudit salutis.  
Nec facile fabor, hunc quam  
Suspicerim vicissim.  
Tam firma quem dolorem.  
Compago passal quam vim!  
Cum debuit renelli!  
Proin viam voremus,  
Lubet iterum sacratos  
Pedes, caput, pedesq;  
Tepidis rigare guttis.  
Et lacrymis laucre,  
Et oculari, & odoro  
Perfundere oleo membra.*

MAR.

*MAR. Quo currit? apud se non est.  
MAG. Quin me sequimini? tarde  
Nimis venitis. MAR. SA. at tu  
Porro volas, quasi sis  
Sublime nacta corpus.  
Resiste. MAG. quid moraris?  
Prope terminum ne cessa.  
MAR. Pro? MAG. Quid vides? MA. Ni in umbra  
Hallucinor, tacentem.  
Cum lanceis e cohortem.  
MAG. Ah, ubi? MAR. Ambitum per horti.  
Fugimusne? MAG. Resta paullum,  
Dormire nam videntur.  
MAR. Quantum libet quiescant,  
Numero latere nunquam  
Valamus hoc agentes.  
MAG. Quid ergo facimus? MAR. isthinc  
Eo retrocedamus  
Rupis latus ad sinistrum,  
Dum sponte locum relinquant.  
MAR. Statimne? MA. Simul ac ortus  
Sol aërem inuehetur,  
Statione prouolabunt.  
MAG. Incerta conjectura.  
Recurre Salome queſo  
Petroq; nuntium fer,  
Prætorios venisse  
Ut auferant Jesum,  
Ruat, exitumq; spectet.  
MA. SA. Quando ita iubes, parebo.  
Et si via longa, faxo.*

Aetus

## Actus primi Scena secunda.

Gabriel unus Angelorum, progressus ad septa  
maceria.


Iambici Senarij.

PLurifariam multisq; nuper est Deus  
Modis locutus per Prophetas patribus;  
Nonissime autem sily plectro sui,  
Christi q; Iesu, celsa cui diuinitas  
Hereditatem deputauit omnium:  
Per quem creauit quidquid est, & secula.  
Qui cum paterna splendor extet gloria,  
Figura pariter illius substantiae,  
Virtutis uniuersa sua verbo ferens,  
Purgationem detulit reatum.  
Statim q; sancte sede maiestatis ad  
Dextram reclivis maior(ō) nobis: erit.  
Tantoq; maior, quantus heres dignior.  
Nemo proinde gaudij sit immemor  
Spe calitus data beatitudinis  
Claram per ali numinis praconium.  
Nam si fellit Angelorum sermo nihil,  
Dictum Tonantis finis afferet solidus.  
Signis cui usque hic atque portentis varijs  
Miraculisq; illustris adfruxit fidem.  
Plerisq; sacri Pneumatris donum insuper  
Largitus, ut sua voluntatis placitum.  
Hic et si paullo minus humilior me & meis,  
In passione tempore breui apparuit,

Nunc

Nunc ille Iesus singulis salutifer  
Ornandus est honore iuxta ac gloria.  
Cum nullius non fata gustauit vice,  
Perpeſq; leta morte lethum sustulit  
Soluendo nempe demonis potentiam:  
Et quos tremenda seruitute preſſerat.  
Debebat etenim vester ille pontifex  
Humanitatis ideo naturam induere,  
Vt benignus & efficax coram deo  
Placaret interceſſione eum populis,  
Cum tot volutus atque tentatus malis  
Victor valeret ferre lapsis ſubſidium.  
Nec ſegnius ſe publicam hoſtiā obtulit,  
Clamore valido lacrymisq; ſupplicans:  
Quapropter exauditus ob reuerentiam eft.  
Adeo fidelis nuntius leganti erat,  
Et amplioris quam Moysēs laurea:  
Quoniam is minister in domo tantum Domini  
Fuit: Sed ipſe dominus, atque proprios  
Credentium in ſeſe incoleſis cordis ſinus.  
Quapropter hodie, adhuc oportunum eft, hodieſ,  
Que pradicauit auribus demittite.  
Fugis ſacerdos ſubito conſcendet polos  
Infirmiorum ubique miseriſ facilis.  
Vel hic vel illuc ante regnantis thronum  
Veniam petentes in genu procumbere  
Eſtote proni, fons cito uber gratie  
Abſterget omni criminum vos a nota,  
Et in supernam introire concedet requiem.  
Inde exulabunt urbe ciues in Solymis,  
Opertinax & progenies non credula:

B



*D*e pristina nec quid remittens indole,  
*P*romissus orbem cum redemit *M*essias.  
*G*rauiora proinde scelera designauit auis  
*Q*uos obstinatae idolatria ingum  
*I*n vasta eremo per hincem quater decem  
*C*alo execratos mille multauit nexibus.  
*Q*uando tabellas legis exarante duce  
*C*onflauit auro totus *I*srael vitulum,  
*V*el cum rubentis ductus aquoris vado  
*T*endens in aruum lactis & mellis ferax  
*P*elusij desiderauit fercula.  
*I*udea tali natio sati propagine  
*I*mmane non satis arbitrata flagitium.  
*S*otera miris excruciasse doloribus,  
*S*ic ut sacrati capitis infra verticem  
*A*dusque talos unda fluueret sanguinis,  
(*S*cacchbra presso quanta subfultat mero)  
*E*tiam poposcit Pontium abiectissima  
*D*aret cohortem, que sepulti sub petra  
*M*onumenta vigili clauderet custodia,  
*N*e fors sequaces (stulto quod persuaserant)  
De nocte furtim corpus hinc sustollerent,  
Famamq; late spargerent prolem Maria  
*N*qua resurrexisse vita a mortuis,  
Primoq; peior fieret error ultimus.  
Nihil grauatus ille permisit, subito  
Rupem coronant undiqueaque milite,  
Ingensq; saxum fauce surrigunt specus,  
Contigua cuius latera signant desuper.  
Secura tali mystica secta praesidio  
Discessit, aliud alio, ad repotia.

*Quid*

*Q*uid inuidorum techna? quid contra Deum  
Profecit inita sepe consultatio?  
*C*uncti(en) profundo turgidi somno iacent,  
*R*omana nusquam cura, nulla vigilia.  
*H*os (ut merentur) panico promiscue  
Procul tremore dissipatos exigam,  
Regnare numen hoc ut ciuulent solo.

### Actus primi Scena tertia.

*M*agdalena, *G*abriel *A*ngelus, *G*illo &  
*C*asca.

*Vt supra.*

*O* quam serenum Titan ostendit inbar?  
*Q*uasi alius, ac qui nuper abscondit radios.  
*A*NG. *H*eus, heus inertes administris inequitia,  
*Q*uos sempiternus tartaro dicat stupor,  
*Q*uousq; sterilitis? quid hoc sordidae est?  
*M*AG. Audire vocis videor e loco sonum.  
*A*NG. *Q*uod si non olim edenda vos sententia  
Damnaret, hodie (tempore etiam gratia,  
Rebusq; tactis) susteremini infero.  
*E*xurgite, ite demonis ludibria.  
*G*IL. *Q*uid sic ô Casca pungis auersum gladio?  
*C*AS. Rides? an aliquid tale sentis somnians?  
*A*NG. Victoriosa noscitis robur crucis?  
*G*IL. Prô Jupiter: quæ cerno: va misero mihi. *A*NG. *H*eus,  
*E*ia, apage perdita natio. *C*AS. Ehen vulneror, ah?  
*A*lbis quis hic totus nitens amictibus?  
*H*ei hei? iacula rigueas in me facies:

*B* 2

*Tre-*

Tremulamq; planu passuum terram quatit,  
Etiamne tonitu terribilissimus increpat?  
AV. Fuge moribunde. CAS. parce, parce, profugimus.  
GIL. Lædor, io: parce, nil mali commisimus:  
Conducta nostra vigilia est stipendio.  
CAS. Hem Gillo, quemna reris esse? G. Roga ut libet,  
Donec medenit indigebo dextera,  
Responsare reddere mens mibi non suppetet.  
Nam pene plagiis mille fossus occido.  
CAS. Solis ne? neuter alteri impropauerit.

### Actus primi Scena quarta.

Magdalena, Maria Iacobi, Gabriel  
Angelus.

Iambicum dimetrum cum dimetro ana-  
creontio.

Postquam frequens pedum strepitus,  
Fremituq; silet loquentum:  
Pergamus, Euge, militum  
Nemo remansit, at quis  
Monumenti ab ostio lapidem  
Nobis reuoluet? MAR. vna  
Amoliemur plurimum cuncta enim  
Virute opus leuatur.  
MAG. Te praterit imbecillitas  
Sexus, ebodium, remotu'st  
Scrupus. MAR. quo pacto? MAG. respsice  
Saxum procul volutum.  
MAR. Bene habent adhuc procemia,  
Infer gradum profonde.

MAG. Papa. MAR. qui sic percelleri.  
MAG. O Maria, nulla Christi  
Hec inuenio vestigia:  
Inuenes duos sed intus  
Stolis decoros candidis.  
ANG. DEXTER. Quem queritis mulieres?  
Nolite tam expescere.  
MAG. Iesum( ô )Nazarenus.  
GAB. ANG. Cur queritis, qui viuus es?  
Cum mortuis? haud est hic.  
Surrexit, en locus quo eum  
Posuere. Nunquid estis  
Vaticinijs parum memorae?  
Oportuisse Christum  
A conuictore traditum  
In vincula Iudeorum,  
Pendere tresq; post dies  
Exurgere e locello?  
Quapropter ite, & affectis  
Euangelium referte,  
Quoniam vos antecedet in...  
Galileam, ibi videndum.  
MAR. IAC. Terricula mira, non queo  
Incolumis hic manerq;.

### Actus primi Scena quinta.

Maria Magdalena. Christus in specie bortulani.  
Iambici senarij cuim dimetro interserto.  
MAG. O Christe praesens languidis solatium  
Cur nunc ademus es pauidæ?

*Ad quem refugiam examinis horrore & nouis  
 Concussa spectris funditus?*  
*O dulcis olim Domine: ah: hoccine illud erat:*  
*Id vero (iam recordor) erat:*  
*Quod in Simonis quando leprosi adibus*  
*Supra recumbentis caput,*  
*Nardum profudi fracto alabastro pisticare,*  
*Ad murmur infrementum.*  
*Dixi patronus, finite, nec molesti ei*  
*Este: obsequium nam praesitit*  
*Bonum, occupans superstitem me inungere,*  
*Sifors sepulto non daret,*  
*Neque do, proin non prosequar absentem lacrymis.*  
*Tot pignorata beneficiis?*  
*Stat immori ploratibus, loco, & malis.*  
 I.E.CHR. *Age mulier. MAG. Hem quis hic adest?*  
*Ab hortulane. IHS. Quid impotenter te excrucias?*  
 MAG. *E conditorio Dominum*  
*Quoniam meum tulere, verum tu pariter*  
*Me affigis, amabo monstrar ubi*  
*Locaueris. I.E. Maria. MAG. Magister, oh Domine?*  
*Tristis venustas spiritus?*  
*Dignosco te, libone sanium pedibus.*  
 IES. *O Magdalena quid paras?*  
*Caneto me contingere: Non adhuc quidem*  
*In Patris eleuor thronum.*  
*Sed vade perfer ceteris: quod ad Patrem*  
*Meum, Patrem vestrum omnium,*  
*Deum meum, Deumque vestrum, propediem.*  
*Ascendo. MAG. Pro: disparuit:*  
*Bene famulam dimittit in pace: Ex quo sum*

Salutis

*Salutis auctorem intuiti.*  
*Eo, atque gesta, visa simul ex ordine*  
*Narrabo memoriter undecim.*

## Actus secundi Scena prima.

*Maria, Joannes.*  
*Iambicum dimetrum.*  
 MA. *O Dulce noctis somnium?*  
*Si vero somnium fuit, et*  
*Non vera prorsus visio,*  
*Quanto frui voluptia*  
*Misera dedisti munere?*  
*Iam delibutum gaudio*  
*Cor e malis repullulat,*  
*Ut cum recens arentia*  
*Vos mane tingit germina.*  
 IOAN. *Quid hoc genitrix maxima*  
*Vero similis spectaculi?*  
 MA. *Mi fide custos virginis*  
*Visis sub auram filius.*  
 IOAN. *Ad con amena se tibi*  
*Imago mater obtulit?*  
 MA. *Non si loquar caelestium,*  
*Linguis, o care, differam.*  
*Vix me silenti tempore*  
*Pronam quieti straueram,*  
*Cum mira species turbida*  
*Coram ante sensus paruit.*  
 IOAN. *Exspecto. MA. Fulgenti meis*  
*In pompa Iesus prodigt*

*Archangelis ducentibus  
Per plena loca caliginis.  
Quacunque pes grassantum.  
Incessit, obscurum noquo  
Chaos refusit lumine:  
Adusque portas inferi.  
Hic primus anteambulo  
Valvas propulsans impetu,  
Clamauit altum: attollite  
Vectes, ô, vestros principes.  
Rex introibit glorie.  
Ad Regis aeterni titulum.  
Nostra parens originis  
Cum patriarchis subfiliis.  
IOAN. Tuncunda memoras. MA. non fecis,  
Quam seruus emissus manu,  
Rebus liber nexibus,  
Alacritate gestis.  
IOAN. Quid ad hac tenebrarum potens?  
Nibil ille contra dixit, aut  
Hostile fecit? MA. Ocyus  
Antro barathri contumax  
Vocem tyrannus extulit.  
Quis iste Rex illustris est,  
Qui claritatis fulmine  
Præstringit oculos insolens?  
Quid hic viro negotij?  
Abcedat in suas domos,  
Ibi se iactet, ac fero  
Conuexa regna temperet.  
Hac missantem pramis*

Duces

*Duces renellunt de solio,  
Nudumq; fuga satellitum.  
Ligant catenis flammcis.  
O qualis aura iubili  
E limbo auerni increbuit,  
Cum raptor orbis in suas  
Fnermis incidit plagas!  
IOAN. Non hoc profecto de nihilo  
Ostensa. MA. sic existimo.  
Repente ouantem immunium  
Secuta pone frequentia.  
Hanc quando longinqua via  
Abduxit, ultra & Armenios,  
Ibi paradisi Roscido  
Seposuit in viridario.  
IOAN. Per quam venusta suggeris,  
MAR. Paen triplo venustior,  
Quem concinebant interea.  
IO. Meministi? MA. ex parte. IO. obsecro, dis.  
MA. O festa mire nunc dies?  
O numen immense pium?  
Quod a profundo carceris ex.  
Audire non grauatus est.  
Preces recepit supplicum.  
Humana passus supplicia.  
Christus triumphali manu  
Sibi subegit omnia.  
Populus sedens in nubilo  
Praegrande lumen vidimus,  
In noctis umbra conditis  
Affulxit ipsa claritas.*

B 5

Lauds

*Laus sit Patri, qui Filius  
In unione Spiritus  
Idem relictum credulit  
Descriptus in polo chorūm.  
Illinc reuersus ad cana  
Pētra videbatur antea  
Mortale corpus induit.  
IOAN. Forsan resurget ergo, nō  
Surrexit. MA. id spero quidem.  
Nam posita linteamina  
Et sindonem seorsum, aīs,  
Spectasse proprijs oculis.*

## Actus secundi Scena secunda.

*Lucas, Cleophas, Christus.*

Iambici trimetri & dimetri.

LVC. Profecto rite Cleopha nobis hoc  
Est institutum. CL. quidnam ita?  
Primum duo quod inuicem noti, sumus  
Unanimiores in via.  
CL. Reēte. LV. alterati quippe sermonis vice  
Plus mutuo oblectamus, ac  
Si forsan impare proficentes numero  
Rixando non sapiamus idem.  
CL. Argutus es. LV. Sic audio solere qui  
Telluris obeunt plurimum.  
Si quando videant velle collegas fieri.  
modo hunc modo illum post eris  
Mutant diebus, aqua cuique stet ut fides,

*Cres-*

*Crescatq; familiaritas.  
CLE. Hem: tam venusta oratione me facis  
Rapi pedestrem curriculo.  
LVC. Deinde, quoniam functione pro pia  
Hanc poscimus prouinciam.  
CLE. Villam putas. LV. Sic nempe, castellum Emaus,  
Quo nostra Susanna decubat.  
CLE. Sane benigna semper erga omnes fuit.  
LVC. tanto proin propensius  
Mulcenda sancta monitionis obsequio.  
Nam si fidelium Dominus  
Misericordia animos imbuī voluit sophia,  
Quo quæsō poterimus officio  
Penfare eam, quæ (dum valetudo dedit)  
A rure in urbem prosequens  
Ærarij fauore palantes aluit.  
CL. Insigne meritum nominas.  
LV. Is vero caritatis ardor, hanc toties herus  
Largitionem consuluit.  
CLE. Oh? mentionem tempori iniçis. Quid est  
Quod spargitur? surrexit herus?  
LV. Ita autem plerq; nisi quod Apostolis  
Non adeo sit verosimile.  
CHR. Mortale quamquam sic sit acceptum genus  
Ut assidue pro erroribus,  
Instem piorum, continere tamen ne queo  
Quin, sicuti conuenere duo  
In opus Patris, repente me in eorum medio  
Statuam loquela interpretem.  
CLE. Atqui quid illo sensit Hebreis ferens?  
Templum hoc statim dissolute:*

*Post*

*Post tres eadem mole luges erigam*

*lv. Ita me propitius respiciat,*

*Vi distractabor, pendersq; stricte ex animo*

*De sene tandem dixerit.*

*Eo amplius, quod paulo prius quam passus est*

*Iam propior Hierosolymis*

*Quosdam auocans, secreto cœpit eloqui*

*En scandimus in Ierusalem,*

*Tradetur hominis filius ordinis sacri*

*Primatibus, Scribis simul.*

*Quem degrauabunt mortis ad sententiam*

*Prodentq; porro gentium.*

*Et consuendum & verberandum presidio.*

*Addre crucis immanissima*

*Exempla: At ipse post secundum crastinum*

*Resuscitabitur vibius.*

*CLEO. Exorbitanti tale duci Carthagine*

*Vulgo irrogatur supplicium.*

*lv. Ab: quemnam fesus e salutis semita*

*Seduxit: o crudele odium!*

*In cena quod non facinus audet iniustas!*

*CH. Aggrediar obiter inscios.*

*lvc. Si iure litem persequi vix lex finit;*

*Iniuria hominum neutiquam.*

*CHR. Utrique fauste cedat itiner o viri.*

*CLE. Bona ominare. lvc. Nos tibi*

*Itidem, lubet ne progreди recta: CH. Lubet*

*Leuare vobis tadium, hem?*

*Quid ambulando contulisti, quod minus*

*E fronte hilares videmini?*

*CLEO. An tu exterorum solus urbem deserens*

*Scitare quid iys diebus in*

*Ea sit actum? CH. quid? CL. de fesu a Nazaret?*

*A dhuc nihil explorati habes?*

*CH. Dic vero. CL. præstans iste vates extitit*

*Miraculis & eloquio:*

*Liquitq; dubium sape, num deo fuerit*

*Populōne commendation.*

*Ei sacerdos creber & notarius*

*Suspendio attulere necem.*

*Nos vero spes (heu vana) fuberat quoniām.*

*Redemptor Israēl foret.*

*CHR. Non esse qui scis? LV. rite aīs, nam post nefas*

*Tantum reddit trinoctium.*

*Hac præter, & hodie feminarum quapiam*

*Conterrue nos nimis:*

*Que cum crepusculo dum sepulcrum viserent,*

*Reperisse corpus abnegant:*

*Sed angelorum cominus spectasse duos*

*Qui viuere Christum assrucrant.*

*CH. Tibi vos, quid? LV. aliqui iere monumēti ad locū,*

*Ceteraq; quidem conformiter*

*Renuntiarunt comperisse, eius nihil.*

*CH. Sic estis ergo increduli,*

*Vel obaudientes ad sonum prophetia,*

*Ut vos aliqua subterfugiat*

*Oportuisse Christum id omne perpetrari,*

*Intrare sic in gloriam?*

*lvc. Ita liquido non comprehendendi, sed velut*

*Per speculum & in enigmate.*

*CH. Hic agnus est, qui seruitutis exitum*

*Semel immolatus præstitit.*

*Scitare*

*Hung*

Hunc enei serpentis expressit typus,  
Cum sauciatis toxicō  
Affixus alte iuuit aspectu coluber.  
lv. Quod toxicum tandem putas?  
ch. Delicta mundi, quae libenter sustulit  
Seipsum offerens vice populi,  
Cuius sacerdos non caducus hostiam,  
In sancta cali se euehet.  
Nam morte plexus, atq; vatis instar ad  
Iona intra(terra)viscera  
Triduo latens, Hieremia effecit ratam  
Vocem: Super Iſrael nouum  
Implebo testamentum, & in Iuda domo  
Mea placita mentibus inferam.  
cl. Ut eleganter omnia & vere. ch. ulterius  
Dauidis ore persequerer,  
Sed me institutum longius vocat via:  
Valete. lv. Oh hospes quo properas?  
chr. Hic meta vobis. lv. Itaq; nobiscum mane,  
Non cernis ut lux vespero  
Decedat: ch. Ohe. lv. abs tam praescio mysterij,  
Nisi satur, auelli hanc queam.

### Actus secundi Scena tertia.

Cyphas, Casca, Gillo, Amos.

Iambici Senarij.

A In o vero Casca tale prodigium  
Tibi accidisse? cas. Non, Caypha, si decem

Mibi

Mibi ora sint, vel Tully facundia,  
Vel longa seram lux adusque vesperam,  
Sermone possim consequi, Quantus tremor  
Vel qualis omnes horror occupauerit.  
cay. Vifosne manes certum habetis? cas. neutiquam  
Profecto manes, tam proprios sentiat,  
Quicunque vanos retur: Obstupeo metu,  
gil. Quoties recordor, quam feroce spiritu  
Sonos nos terribilis excitauerit.  
am. Quis? cas. Damon ingēs, aut minister numinis,  
Fulgebat etenim Veneris astro clarior.  
gil. Vsque adeo ut oculos singulorum obtunderet.  
Quin porro verbis increpabat, non pudet  
Misericōdiam recepta dedecus pronicia?  
En positus ille Christus, e vestro simu,  
Ulnisque pene (& integris signaculis)  
Rediuinus inter ambulat superstites.  
Respicio, mecum quisquis expurgescitur,  
Namq; reuolutus cernitur specu lapis:  
Humanā nusquam forma, nulla reliquia.  
cay. Infusa narras. gil. Vīsa sub pedibus quoque  
Salire tellus. cas. Nempe, denique crebrius  
Ac nuper altacum peperdit in cruce.  
Quatiebat ilico membra continuus tremor.  
cay. Nū te febris agitatbat? cas. Irrides? ca. Rogo,  
Vel noctis aer te rigens perstrinxerat?  
cas. Fortasse, namque totus algebam gelu.  
Quidquid ferebat casus, haud meliora morans  
Iussus volensq; memet eieci in pedes:  
Nec retro spectans, nec fuga exspectans comitem,  
Tam insana mentem excusserat trepidatio.

am. Haud

A. M. Haud militare prædicas. GILL. facile quidem  
Securus hoc tam grandia loqueris loco.  
Præsentis animi quis sit irato deo?  
Simul stupentes illud externauerat,  
Ratione quanam ratio reddi præsidi  
Quiret. CAS. Jo Mauors! inde periculum ingruit.  
AM. Vestra patratum quo modo culpa feret?  
Obrepit oculis somnus ignaris semel.  
CAS. Odiosæ ducibus post malum excusatio.  
GILL. Ergone nostra tandem eo fortuna recidit,  
Ut hactenus non contubernij infimi,  
Trudamus e castrenibus cum ignominia?  
Que nos domus, que patria extorres alet?  
CAS. Vbique forte premium offertur viro.  
CAY. Non hac necessitate vertetis solum,  
Si quid mei prestare vultis arbitrii,  
CAS. E quidem minore si licet discrimine.  
CAY. Licet. CAS. cedo dum, nanque me mirabili  
E manitate vestra ciuitas reficit.  
CAY. Sic accipe, hostis legis ac dei fuit  
Ter impiatus ille Christus, qui noua  
Rumore secta pristinos conatus est  
Abolere ritus. CAS. fama sic tulit, & fuit.  
Accommodari verba personis decet.  
CAY. Nunc maius aliud, simplicem quod alliciens  
Secessione populum, & esse rex voluit,  
Caſare sic maiestati ſe ingerens.  
Quapropter illum iure Pilatus neci  
Deuonit. A. M. hominem mundo & aetheri granum.  
CAY. Rursum mouendo idoneus tumultui,  
Occasionem opperiebatur callide,

Qua posset arcas inuolare ciuium,  
Communia omnia omnibus fieri imperans.  
AM. Hereticorum techna, prætexendo fidem  
Direptioni prorsus & preda inuigilant.  
Et vos o Cæſa destinabat hic furor.  
CAS. Q uo pacto? AM. quippe rebellionum principes  
Præfida primum e medio curant tollere.  
CAS. Plerūque. CAY. turbam mox repressam fingite,  
Vos Claudius deleret ut culpæ reos.  
GILL. Potiora nobis ominare. CAY. itaque merito  
Exanguis etiam nomen & titulum odimus.  
Hunc si sequaces redditum vite ferant,  
Per vulgus iterum diffuet contagio.  
Ideo rogamus. CAS. Q uid. CAY. velutis ſpargere  
Pafsim ſuos veniſſe noctu, & clanculum  
Corpus tuliffe. CAS. Remne ſuppreſſam ſatis  
Prodemus, & nos? CAY. ponite ex animo metum,  
Noſtra interest purgare factum præſidi.  
Denus cuique dabitur in ſuper aureus.  
CA. Quid Gillo ait? CAY. Nō expedit ultra querere.  
Heus Malce adedum. CAS. at vereor. CAY. umbra  
Summus ſacerdos atque Scriba negotium (imagine  
Auctoritate ſuſtinebunt, denique  
Reponſa ſunt non pauca, ſcilicet biforem  
Patuſſe petram: nonque cognitum prius  
Subeſſe fraudem, parte quam auerſa ab oculis  
Cadauer eruere, vel aſſeclas eum  
Magiam eruditos euocasse carmine,  
Dum vos perennis arte ſtupefecit ſopor,  
Et alia multa. Eho ſume. GILL. Pontius tamen  
Nequid reficiat. CAY. Quid requiritis fidem?

*N*il iusfirandum oportet interponere,  
Silentium est, ubi mutua conscientia.  
*CAS.* Vale *Caipha.* *CAI.* Valete, sed pacti memores.

## Actus secundi Scena quarta.

*Lucas, Cleophas.*

Alcmanium dactilicum tetrametrum acata-  
lecticum, præponitur Asclepiadæ & Phœ-  
recreatio.

*LVC.* Pro clemens Domini pectus Iesu!  
Communes quoniam non renuit dapes  
Coniuia unus adire.

*CLE.* Nos vero miseri & lumine cæci  
Inter quos medius sedit, & inscio  
Euestigio liquit.

*LVC.* Nam præsens fuit. *CLE.* Hemisiccine raptus?  
*LVC.* Sed durum minus hoc, & tolerabile,  
Postquam viuere certum.

*CLE.* A assertori ego non egeo ultra,  
Nam vultum ad faciem vertit, & alloquens  
Se gessit popularem.

*LVC.* Quod non officium ostendit amantis?  
Ambobus Cereris fragmina diuidens  
Sacre pauit utrunque.

*CLE.* Speranti, reliquum defuit unum,  
Ut quod pactus eras, nec nimis abruxit,  
Explanaret operta.

*LVC.* Num desiderio hoc perfiruar unquam?  
Quod si contigerit, nemo beatior

*Grates*

*Grates panget Olympo.*  
*CL.* Non iccirco iterum vinit, opinor,  
Ut non se reliquis prebeat, & pari  
Instinctu expleat omnes.

*LV.* Accedo, atque diem cernere glisco  
Fillum, quo rediens nos saliente fons  
In vitam riget haustu.

O quantus penitus ardor edebat,  
Fibris, cum gradiens prisca recluderet  
Pulcro scripta tenore!

*CL.* Quocirca celeres unde profecti  
Vertamur, prius ac ille refrixerit.

*LV.* An sic reris honestum?

*CL.* Prorsus, quandoquidem, ut infidiarum  
Seri est indicis hanc optima gratia:  
At suspectior idem,

Succedente ita re nunc satagendum,  
Inuidisse alijs ne videcamur hunc  
Nuntium, Lucas, bene suades.

## Actus tertii Scena prima.

*Christus filius.*

*Iambici Senarij.*

*A*Dsum triumphans de superbis Manibus  
Orciq regno, inuisa quo rebellum  
Latet Angelorum longe ab arce poli legio.  
Sed non ita adepto ibi tropeo glorior  
Legationem Patris obijisse fideliter,  
In posterum quam sollicitus de discipulis,

*C 2 Atten-*

*Attendo, ne quis cum diabolo exorbites  
Eoq<sub>z</sub> nunc intentius: quod ut prius haud  
Pauci malorum in aere heserunt, genij,  
Qui continentur insidiantur terrigenis,  
Hoc ne, refractis post auerni carceres  
Teruertitate mota confiret manus  
Aliquem meorum omni impugnare machina.  
Ibo, atque presenti imbiam animos antidoto  
Ut me videntes presto teneant firmi apud  
Se: quod Deus Dominus q<sub>z</sub> viuo in secula:*

### Actus tertii Scena secunda.

*Maria virgo, Maria Magdalena, Maria  
Salome.*

Iambicum anacreontium.

*Q Vando foras regressus  
Hic tutu solitudo,  
Misne Magdalena  
Miki tibique dulcem  
Apparuisse Iesum?  
MA G. Sic, o veneranda, dixi.  
Prins habitu hortulani,  
Hinc propria in figura  
Sese obtulit videndum.  
Dein cum reuerteremur  
Occurrit, ac auere  
Nos iussit uniuersos.  
Extemplo gaudium me  
Misfuq<sub>z</sub> corripit horror,*

*Ita dum stamus silentes  
Ipse interim recessit.  
MAR. Sed quis status erat cunctis?  
MAG. Diuinus, adeo circum  
Fulgebat, atque multo  
Augustior vadebat.  
MAR. O magna vis Tonantis!  
Post fata filium que  
Restaurat. MAG. illud unum  
Admiror, ecquid omnes  
Tam vera nuntianti  
Fidem abrogant clientes.  
MAR. Noli astimare tantis  
Si luce destituti  
Sublime nil capessunt.  
Quin id magis voluta,  
Quod fratris ad sepulcrum  
Cum Lazari veniret  
Ingensq<sub>z</sub> turbam multis  
Gemeret situm querelis,  
Dixisse, dormit, & mox  
Martha precibus sororis  
Donasse quatriduanum.  
Plus hoc Pater supernus  
Solamen ob piorum  
In filio nouavit.  
MAG. Atqui fuisse phasma  
Corpusq<sub>z</sub> inane membris,  
Tangi quia abnuebat,  
Pleriq<sub>z</sub> plus sequuntur.  
MAR. Eodem profiteor ore*

*Non phasma tamen nec inane  
Fuisse gloriosum.  
Sed, inclutumq; corpus,  
Quod nullus inquinata  
Manu tenere posset.*

*MAG. Pro verisimile narras.  
Talem profecto montis  
Fastigio micuisse  
Apostoli recensent.  
MAR. Eiusmodi per omnia  
Qualis, quantisque nube  
Inuenitus orbis olim.  
Sententiam recludet.*

*MAR. SA. T ecum tamen Ioannes  
Adimit securitatem,  
Quoniam si herus reuixit  
Tam feruide deamaatis  
Primo obuiasset, aut ei,  
Mentem daret fidelem,  
Vt crederet levatum.*

*MAR. Homo est, Dominumq; quamvis  
Ardens colat vicissim,  
Aduic fide laborat.  
Idq; esse censeo causse  
Meus quod hos Iesus  
Succedere in Galileam.  
Mandauit, MAG. Oh! id inquam.*

*MAR. Vt pectora hesitantum  
Arcana Bibliorum  
Doceret, atque sanis  
Formaret instituis.*

MAG.

*MAG. Oracula fare. MA. Proinde  
In concionem euntes  
Hac conferamus, atque  
Teris diem notemus.*

### Actus tertij Scena tertia.

*Petrus, Barpt. Phil. Christus.*

*Scazonates duo, & totidem senarij.*

*PET. T Estor parentem Christi Iesu in id fratres  
Dominum reuersus in suburbio ostensus.*

*BARPT. Dixere & illa, sed parum digna fide,  
Delirium nam mulier, ut verum astimat.*

*PET. Verum perinde pradicant duo nostrum  
Quibus in petitam socius accessit villam.*

*Proinde amici( exilis et si grec sumus )  
Nil ambigendum, iussus ingratos moneo  
Firmo q; vos, ut sentiatis hoc ipsum.*

*BARPT. Quisnam silenti limen intrat. Iuc passus?*

*CH. Saluete, vobis pax sit & concordia,  
Quoniam Angelorum resonet in celo melos,  
Symphonia mentium Patri magis dulcis.*

*PHI. Ehem, quis es? CH. Fiducia cor impletus  
Ego Christus, ecce vester omnium Dominus.*

*BA. Heu phasma, phasma! PHI. spūs. BA. Spectrū, ex-  
Imago. CH. quid turbamini? quid in peccatis ( animis  
Varia vocatis cogitatum formarē?  
O corde duri, meq; coram increduli!*

*Adspicite vero quamlibet manus pedes,  
Quin insuper palpate: nanque ego ipsus sum.*

C 4

PHI.

PHI. Oh? itane prorsus res se habet, uti contemplor?  
CHR. Quicunque vivunt spiritus, inanis est  
Substantia membris, carne non constans, neque  
Ex osse solido, ut iam me habere sentitis.  
PET. Tangendo quisnam te magister explorat?  
O Domine. BARPT. Hui, pra gaudio impos efficior  
Animi. PHI. Vacillo, nec satis queo credere. CH. Ah,  
Generatio parum fidelis & prava?  
Quipusque ero vobiscum? an hac feram rursus?  
Nihilne superest manducari quod potest?  
PHI. Hoc commodum poposcit, en mellis faunus  
Affig, frustum gobij: velis vesci,  
Negreag, probrum fragilitatis auferre.  
CH. Reete Philippe, Nunquid aliud exigis?  
Fragmēta sume. PH. et BAR. O lenis in fine Domine?  
Ignosce quidquid inscienter admissum,  
Vel est omissum, non resipisci musero.  
Mortalium etenim huiuscem minime prodigi  
Sensus capaces obftupuerunt hactenus.  
CHR. O grex Patrii dilecte, Filio care?  
Expende verbi veritatem: eo vergebant  
Taliaq, pene fuere dicta, cum viuis in  
Vobis agebam, sicut absolutum adhuc

Aliud genus carminis, nempe  
Iambici senarij.

Stupetis. Atq, ut a Moyse mutuer  
Exordium: Quid ille Deuteronomio  
Signauit aliud, in hanc loquens sententiam:  
Eis prophetam suscitabo( inquit Dominus)  
E sede media fratrum & agnito genere,

Similem

Similem tui: Per cuius os mentem meam  
Effabor, hunc quicunque ne auscultauerit,  
Deperdet animam( sōspite populo ) suam.  
Rursumq, velut popularium prasagiens  
Duristerim, in alto vita pendebit tribulus  
Manifesta ligno, non aliter ac ignei  
Serpentis astro nuper iōtis, neque tamen  
Credent salubrem: tanta cæcitas erit.  
BAR. & Nōs vero kirie illuminari cœpimus.  
Mysteriorum accipire intelligentiam,  
Hariolus eadem tempestate Balaal,  
Cum patriis benediceret tentorijs,  
Nōnne vehementer raptus ecclasi intulit?  
Excrescit olim virga in Iſrael potens,  
Cui terra Iudaea grata erit possessio.  
De me ne cuncta personant vaticinia?  
Audite saxis obrutus quid Hieremias  
Prospexit, oris Spiritus nostri & Dominus  
Christus prehendi debet ob omnium vitia.  
Idemq, Daniel nominatim commemorat.  
Quis vero tandem pleniū vel planius, ac  
Iſaias ille videntūm facundissimus?  
Futura qui non visus est prædicere,  
Sed ut modo comperta confectaq, oculis  
Colore viuo pinxit & aternis literis:  
Rorate celi desuper, nubes pluant,  
Largum recludat fertilis tellus gremium,  
Mox germinabit saluatorem & iustitiam.  
Radice Iesse virga surget florida,  
En virginis concipiēt uterus, & pariet  
Prolem tacita, absque dolore parturientium,

C 5

Quare

*Quam nuncupabunt principes Emmanuel.  
Cognoscet asinus & bos auctorem suum.  
Puer suave nuntium feret pacis.  
Divinitus pollebit: & scitantibus,  
Arcana doctor pandet admirabilis.  
Itaque superno præsidenti carus erit,  
Vsq[ue] adeo, ut ingens mandet humeris imperium:  
Præesse gentibus, atque leges figere,  
Ferire terram verbere eloquij sui.  
Non gratiam mouebitur, nec aurium  
Sensu, sed equo iure tuebitur bonos.  
Etenim in id vñctus, spirituq[ue] Dei satur  
Placabilem annum predicabit Numini,  
Et vñctionis voce conuersa diem,  
Tunc cum creator cor de penitentibus  
Refas remittet, atque vincitos expediet,  
Ut stabilitantur qui tremebant in Sion.  
De monte tanquam scissus absque manu lapis,  
Lapis angularis, insuper summi pretij,  
Se reprobantem per minuta conteret.*

*PHI. Praeceptor alme, dispudet, immo nos piget,  
Tadetq[ue] vita, ob priſtinam ignorantiam.  
CHR. Manete, firma signa venturi edidit,  
Vi prævalentem ostenderet etiam extrinsecus.  
Aures aperiet surdo, & ad ſpectum indigo,  
Ab increpante neutquam auertet faciem.  
Prebebit os ſþuto, & genas vellentibus:  
Nudumq[ue] corpus usq[ue] percutientibus,  
Non plaga, nusquam liuidum obligabitur  
Vulnus, nec arte neque oleo fœnebitur.  
Sanabitur leprosus, ac a vindice*

*Proiectus*

*Proiectus: ultra, sicut ovis ducetur ad  
Cadem, & cum inquis deputabitur medio  
Loco, interim ipse tot excruciatuſ mortibus  
Durabit agni more mansueti silens.  
An aliquid horum proutulit non aetum ita?  
Quidnam reliqui nesciens praterij?  
PET. & alij. Ne punctu a minimu, celsi Domine pro-  
Noſtris profunde impressus es languoribus. (fecto tis  
CH. Hac ad ſalutem cuncta vestrā ſcripta ſunt,  
Vt illud, ecquis iſte formosus ſtola,  
In copia qui fortitudinis gradetur:  
Quis fuſcitant iustum ab orientalis plaga?  
Respondet idem, nempe Dei fungens vice,  
Ego Dominus, qui primus & nouifimus.  
PET. & alij. Pro confitemur. CH. Conuenit ſic credere:  
In ceteris Pſalmista concors harmonia,  
Fodere, ait, manus pedej: dein mea  
Recensuerunt offa, nonne plus canit?  
Non derelinques eius animam ad inferos,  
Videre nec permiferis Sanctum tuum  
Corruptionem, & vt ſit iſtorum nihil,  
Afflata pijs ſufficerit ſapientia.  
Monitionis illa principio ſue:  
Quo pacto narrat de impijs! quam perfida  
Contentione deſtinent me persequi!  
Qui dormis igitur, expurgifere anime mi,  
Exurge a mortis nocte, & i, me lumine.*

*Actus*

## Actus tertij Scena quarta.

Philippus, Joannes.

Iambici senarij misto anacreontio.

R. Es fœda, quosdam in tam solenni latitia  
Non continere se intus.

Vel hic Jacobus, tantus inter comparas

Virtutis estimator,

Inebriatus ultima philotesio

Nuper cratere cene,

Quam deierebat sancte, in os esca nihil

Sese antea admissurum,

Quam Rabbi reducem mortis a victoria

Patuitus esset, hem: nunc

Ipso potitus, quo sibi appetet. Itane

Repente fastiditur?

IOAN. Quid hoc Philippe, quod de amico missitas?

PH. Huius eras propinquus?

Quoniam exiit cognatus obsecro tuus?

IOAN. Nil certo referre possum,

Nisi quod haud vulgariter torquebat eum:

Thomam desiderari.

PH. Aliiquidne tale questus est? IO. Mi, & pluribus  
Hero usque differente.

PH. Eta itaque tantum occasione cessit, ut

Reducat auxiliat'.

IOAN. Opinor. PH. Ergo triste iudicium renoco,

Nam protuli imprudenter.

Actus

## Actus tertij Scena quinta.

Jacobus Justus, frater Domini, Thomas  
Dydimus.

Iambici senarij, ceu trimetri cum  
dinetris.

IAC. **N**unquamne Thoma pertinacia modum  
Statues? THO. Itan' vesanus es  
Amore, ut illum esse rediuiuum seminas?

IAC. O dux Iesu spiritus,  
Quousq[ue] mentis impotis errorem fines?

THO. Quid vota pro me concipiunt?

IAC. Pro te ne fundam vota, qui verno similis  
Flori repente deficis?

Tanti eruditum voce propheta decuit  
Fructum ampliorem gignere.

TH. Ideon' maligne de magistro me putas  
Sentire, quod non illico eum

Absens stetisse medio vestrum sentiam?  
Imago vana quosstiam

Illusit: illus erimus omnes creduli?

IAC. Stetisse dixi, & insuper  
Clara petenti voce p[er]ficiem traditum,

Fauimque mellis: amplius  
Requiris: ecquid si peculiariter  
Mi apparuisse dixero,

Credesne? TH. age, factum, deniq[ue] tactum fingito:  
Nihil est, nisi conspexero.

IAC. At illud ab alijs audies. TH. Aequre reliquis  
Surdus, repudio fabulas.

IAC.

IAC. O cor supinum. THO. qualemque sit: ut lubet  
Clama: modo edico tibi,  
Nisi manifesta videro foramina  
Clavorum in utraque manuum,  
Inq<sup>3</sup> benedictum misero dextram latu<sup>s</sup>,  
Volasq<sup>3</sup> fixerim digitis:  
Spectro nihil me, somnium monebitis.

IAC. Pro crassa nimis astutia!  
Tam scrupulose quisquis indagat fidem.  
Quid vero credit? THO. Tu es animus.  
IAC. Apoge Satanam, si sic intime autumas:  
Palam caue aliquem offendere.

### Actus quarti Scena prima.

Christus solus.

Idem genus, præter quam quod impari  
loco scazon est.

I Am vero tempus instat, ut meis vltro  
Oblatus in adspicuum semel ac  
Iterum, tamen non ora frustrer illorum,  
Nec id laboris in mari  
Vano experiri patiar usque conatu,  
De nocte quos hinc concubia  
Usque Tiberiadis litora amore piscatus  
Abegi: at ibi potius adhuc  
Manifestus ipse memet aperiam lassis.  
Quoniam clientum haud infimi  
Sunt, inq<sup>3</sup> primis seruidus fide Cephas  
Cui, me licet abnegauerit,

Ob sin-

Ob singulare amoris antea exemplum,  
Volvi videri extra numerum.  
Carumq<sup>3</sup>, nostri pectoris onus & sponsus,  
Cum fratre, Zebedei genus.  
Thomas deinde Dydimus, animo duplex  
Etenim nequaquam simplici  
Persuasus argumento adesse me, tractis  
Tandem acquieuit vulneribus.  
Una integrimus agnitor Dei Israel,  
Regem professus insuper.  
Reliquiq<sup>3</sup>, quibus subinde me salutare est  
Cerni, nec uno perpetuo  
Loco: sed eo portissimum: quia in viuis  
Agens lubenter adfui.  
Inde occupatos aduocavi, & adscensa  
Nave populos frequens docui.  
Talis voluntas Patris, ut fatigati  
Nil proficiente industria,  
Demum scient e piscium grani captu,  
Ubique praesentem Dominum  
Sueq<sup>3</sup>, vulgent consci<sup>y</sup> artis, absque esca  
Non posse tam grandes, neque  
Tot, tamq<sup>3</sup>, subito, viribus hominum prehendi,  
Sic gloria accrescit Deo.

### Actus quarti Scena secunda.

Petrus, Thomas, Nathanael.

Iambici senarij.

Vanquam usque tota nocte piscando nihil  
Captum, quo d huius damna compescet more,  
Repetere

*Repetere nauem denuo Thoma collubitum.*

*THO. Itan' suave est occupari solitus?*

*Mibi tedium est absque lucro perwigilia.*

*PET. O Thoma Thoma, siquid attendis, gratus  
Nauando frustor tedium. TH. Quodnam? PET. Rogas?*

*Tam mitis orbum viuere intuitu Domini*

*Extrema nonne arumma? NAT. Amater cōmemoras*

*PET. O frater, auræ dum vitalis reliquiis*

*Frustrar, animo nunquam aboleuero meo,*

*Quam me negatus misericordibus oculis*

*Cernens magister, paenitenti cor icterit.*

*Dum longus aliam referet astatem dies,*

*Tardusq; lucem Phœbus hibernam vebet,*

*Non negligenter mane cum gallo in pedes*

*Erectus id defleuero perjurium:*

*Heroq; qui me lauit, obsequar lacrymis.*

*NAT. Mi Petre benignitatis infinitus est*

*Penes Deum thesaurus, banc offensam diu*

*Remisit. PET. Ideon' non lugere perfidiam*

*Ingratus ausim: non patiar. NAT. Honestus es.*

*PET. Itaque minoris cuncta duco, dum memor*

*Lenimen aliquod solum inuidinis inueniam.*

*THO. Sic nempe monuit, Et diurno demonem*

*Labore, morbus & doloris vincere.*

*PET. Imusne? NA. Plane assentior. PE. Rem cōmodam*

*Praefas, per otium experiemur aleam.*

*Victus profecto gratia & spe moueris. PET. Vt*

*Nil rete claudat, quid perit? dicta siquidem*

*In Galileam aurora non adhuc oritur.*

*NAT. Cras alterum interest. PE. Vice fortuna Deum,*

*Vi iactus attrahat, auspicem inuocabimus.*

*Actus*

## *Actus quarti Scena tertia.*

*Ostias, Machir.*

*Vt ante.*

*Ob summe veterum Patriarcharum Deus,*

*Deus Abraham, Deus Isaac & Jacob:*

*Qui stemma nostrum gentis ac originem*

*Duri exempli Pharaonis e manu:*

*Infunde dubijs quoq; lumen sensibus.*

*Hei me? quo vertar? quid tenebo? quem sequar?*

*Statisne credam perseverans legibus,*

*An monte fixi me trahent miracula?*

*Ambiguus animi pendo. veruntamen*

*Prædestinatum sic reperio calitus, ut*

*Aliquando coſſet nostra circumcisio:*

*Saluator apparuerit ubi Moſias,*

*Quem nunc adesse multa controvēſia eſt.*

*Eousq; Princeps ut Sacerdotum frequens*

*Parſq; Phariseorum atque Scribarum aſſerat.*

*Hunc dignitate ſuperiores & numero in*

*Sublime tolli compulerunt patibulum.*

*MACH. Pronō iāmne synagoga confluat,*

*Cum tutiore paulo ſiftimus vado.*

*OSI. Prō, monſtra que post accidēre? quādoquidē, ut*

*Turbam ſecutus proximo institeram loco,*

*Vidi pio clamore vitam reddere.*

*Mox clarum, ó mens me deficit, ſolis iubar*

*Condidit opaca nube ſe caliginis,*

*Illuminantis ſicuti Christi vicem*

*Doleret, ac negaret Orbi lumina.*

*D*

*MA. Sed*

MA. Sed en verendus me antecedit Osias,  
Lubet gradum conferre: mirum ni illò abit.  
OSI. Pro se parat redire, qui uis, interea  
qm̄is renuljūm sedibus solum tremere,  
Crepare petra, illidimus inuicem metu,  
Planētuq; peitora, urbis ad pomorūm  
Terroris alia imago: Sanctorum siquidem  
Obambulare conspicabamur corpora.  
MA. Quid solus obiter intra labia murmurat?  
OSI. Postridie velum templi scissum contuer,  
Ostensa quorsum hac, hora si non gratia  
Per sectionem legis imaginarie  
Dissoluit antiquatq; ceremonias.  
MA. Quid gratius vult, quidcum cum ceremoniis?  
Aggrediar, ò vicine salueto Osia.  
OSI. Et tu Machyr. MA. Quid solus te adeo discutis?  
OSI. De Christo Iesu varia cogitatio  
Subit cor. MA. Apage, curiosus es nimium,  
Seductor ille debitum tulit meritum.  
OSI. Nolito praeceps iudicare. MA. Iam satis,  
Satis superq; pseudopropheta datum.  
Sentire de damnato adhuc bene. scelus est.  
OSI. Scelus: id ego non unus aut temere facio,  
Gentilis an centurio non idem tulit?  
MA. Longius? atqui subita consternatio  
Expressit, aliter nunc rogatus dixerit.  
OSI. Non arbitror, cū signa tanta viderit. MA. haud  
Hodierna sunt non nulla, siquid est reliqui,  
Demoniorum per potestatem valuit.  
OSI. Resuscitatum si audias, quid inquieris?  
MA. Aha he, profecto tempori hunc scrupulū inicis.

I, milites scitare, quanam' discipuli  
A statua furtim cadauer abstulerint.  
OSI. Ist̄ bac ne fama est? MAC. Nil foro iam tritius.  
OSI. Gens vana, precio facile subornari potest.  
MA. Ergo Nazareos vis tueri? Eia modo  
In concionem prodeamus. OS. Ibo quidem, at  
Simul vacauerit, etiam atque etiam penitus  
Rimabor, & scrutabor arcuas litteras,  
Fidemq; veri dogmate amplexar prius.

### Actus quarti Scena quarta.

Philippus solus recurrens Hierosolymam.  
Iambici trimetri cum dimetris.

Q Vid nunc parabo fessus ac cursu prope  
Confectus: hem! pedes labant,  
Utrunque, fectis scutis nervis, genu  
Solitum remittit officium.  
Resto semianimis: & calore diffuens  
Recipere vix queo anhelium.  
Itan' insperato gaudio perfusus in  
Felicitate concidam?  
Age vero Philippe, recipe te; paulicum modo  
Quiesce, in urbis limine es.  
Statimq; mente indefatigatus vola  
Quousque metam contigeris.  
Oh? egone tanti particeps spectaculi  
Portabo famam ceteris?  
Ab ore meoq; edifferam pendentibus,  
Ut ad crepidinem sali  
Obambularit ante meridiem Dominus?

Quo pacto & incipiens prior  
 Rogari, an pulmentum haberis à viri?  
 Nil sufficentes nos ibi  
 Respondimus deesse: confessim excipiens,  
 Projcite, ait in dexterum  
 Latus celocis, res stupore digna! non  
 Heremus, adhibemus fidem.  
 Laxamus ilico retia iuxta consilium.  
 Oh, quid dein miraculi  
 Effulsit! Euge: quid boni, noui fero!  
 Vix mente complecti valeo.  
 Nam dum iniucem molimur, & iunctis manibus  
 De gurgite texta adducere,  
 Vinclum atque preda pondere sub sedit suo.  
 Attictus ilico ingenua  
 Existimatione Joannes prior  
 Alijs, ad astantes procul  
 Versus, sonore clamat, iō: Magister, ob?  
 Magister est. vix innuerat  
 Petro: repente Petrus accingens tunicam,  
 Nudus etenim catenus manserat,  
 Sese in profundum misit imperterritus.  
 Nos vero pariter residui  
 Ad solida terra dirigendo nauigium  
 Attraximus eo retia.  
 Pro quantus ibi the saurus! & quam immanis  
 Aquaticorum corpora!  
 Cete putares, nec minor erat calculus.  
 Numerum ineuntes sedulo,  
 Non pauciores quinquaginta ter & tribus  
 Per ordinem discrevimus.

Quod

Quod amplius, ruptura nusquam, nec minimam  
 Pressura nessam fecerat.  
 Tunc itaque cunctos tenuit admiratio,  
 Et parilis exultatio.  
 Nos porro Dominus prandium invitans,  
 Dignatus est humillime  
 Offerre panem singulis, velut famuli  
 Locata obiret munia.  
 O calicam benigitatem: id non satis:  
 Porrexit assūm preterea  
 Piscem. quid hoc ostendit: iturus ad superas  
 Vocauit aquales epulas.  
 Quippe dubitare nemo tam recentibus,  
 Quin ipse idem esset, indicij.  
 Hac nonne sunt præclaræ maius omnium,  
 Quid imperauit eloqui  
 Absentibus: Adornate vos, ut craftino  
 In montis excelsi ingum.  
 Gradiamini, comitantibus quorum fides  
 Perspecta fuerit undecim.  
 Extemplo sparsos coge: resumsi spiratum.  
 Festiuitatem commemorans.  
 Quid est mora nunc, quo minus potens mei  
 Iter capessam: profugio.

### Actus quinti Scena prima.

Jacobus Justus, Osias, Thomas.  
 Iambici Senarij.

IAC. **I**Vuat Osia catalogum te ecclesie  
 Intrasse. THO. Iuxta familiari gratulor.

OSI. *Vtrique summam post Deum habeo gratiam.*  
IAC. *Hoc illius infinita bonitas promeruit.*  
*Nos vero, prator vota, nulli quiniquimus id*  
*Praestare, nec praedestinare quempiam:*  
*Nisi Monarcha quem vocavit aetherius.*  
*At commodum sic incidit ut ab vnguiculis*  
*Eductus, una vnius efficerere gregis.*  
*Oh horafelix: legere que vaticinia*  
*Suggestit! huc spectantia quod nouitiae*  
*Figura legis, anxiasq; superstitionis*  
*Desiceret, etenim postea fere fui*  
*Securus aduenisse secta delinquum.*  
*Baptista, siquidem in solitudine fatus erat*  
*Missis, mihiq; Parate semitas Dei.*  
*Non ipse sum, sed pone me subit illico*  
*Cui calceamen soluere indignus precer.*  
*Tandem cum acerba passionis (heu) Domini*  
*Tormenta coram ac eundenter cernerem,*  
*Commotus adeo liquidis veri notis*  
*Uisque in hodiernam scripta contuli diem,*  
*Inde elicienda veritas. OSI. sic credidi.*  
IAC. *Beatus ideo es. ante qui quam videris*  
*Non abnisti lege, cedere & barefi.*  
*Quapropter anniente Christo itidem tibi*  
*Adspicere morte liberum concessimus.*  
OSI. *Dos magna, perquam in posterum devinctior*  
*Recedo, nequid apostature cogitem.*  
IAC. *Hac mente semper permane. nam militans*  
*Deo sine gravi scelere nunquam transfugeres.*  
*Tu vero Thoma sat sine firmus es? THO. ah: etiam*  
*Requiris: obsecro percontari desine.*

IAC. Ex

IAC. *Ex ore tua est. THO. Infamiam veterem recolis.*  
*Quando deinceps destiti esse credulus?*  
IAC. *Hoc tibi perenne faxit Jesus propositum.*  
*Nihilominus succedit in Marci domum.*  
*Vti fidele conciliemus symbolum.*  
*Præcepta Domini conferendo ad inuicem.*  
*Dictumne. I A. nempe, nequid effluat. TH. sequimur.*

### Actus quinti Scena secunda.

Petrus, Chorus discipolorum per os Joannis  
vel Iacobi.

Iambici trimetri & dimetri.

PET. *Nil adeo volupe est, cætus electissime,*  
*Quem retroactis saculis*

*Praordinauit filio Pater frui,*  
*Quam conspicari vos modo*  
*Flagrantius confluere consuetudine.*

CHO. *Ita duxtor optime concitat*  
*Spes & probata cupiditas concordia.*

PET. *Sublimem abominor titulum.*  
*Id vero laude prosequar, quod nemo foras*  
*Externa sequens dilabitur.*

*Vt uniuersis liberum sit repetere*  
*Interpretata per Dominum*  
*Et inuicem collatione sedula*  
*Vatum erudire recondita.*

CHO. *Recte mones o frater. PET. accuratio*  
*Adhibenda iam iam cautio*  
*Ne viua postquam vox in auribus filet,*  
*Emanet aliqua depositum:*

D 4

Quod

*Quod mordicus tenere & animo insculpere, est  
Hortatus Iesus non semel.*  
*CHO. Sic euenire cernitur non raro, cum  
Didascalus digressus est:  
Agitata quisque extollit, at sententiam  
Vix meminit unus reddere.  
PET. Ita salutare semen, in petram veluti  
Ceciderit, aret in sterili.  
Hoc porro probrum insigne foret nostro ordini,  
Si quos sacrauit episcopos  
Vigilanter aliorum operibus intendere,  
Redarguamur indociles.  
Verum secus nauarum & reuerentia,  
Præsente qua Domino manet.  
CHO. Ac iure: quoniam cum seorsum sisteret  
Tres Christus in fastigio  
Montis decorus, ubi Moïses & Helias  
Occurrerant in colloquium,  
Repente vehemens factus e calo sonus  
Per nubis umbram lucida,  
Clamauit ad nos, Filius dilectus hic,  
In quo mihi bene complacui,  
Audite voces eius en. audiuimus,  
Utq[ue] reor, auscultauimus.  
At cum nequiret adesse presto in corpore,  
Caput omnium te constituit,  
Claves polorum tribuit & regni scelerum,  
Ne prauuleret infirus.  
Heriq[ue], rursus talibus oneravit, ut  
Res clara, mandatis ouium  
Te pastor ingens, ante quam disparuit,*

Ouile

*Ouile pasceres suum.  
PET. Proinde vilius ipse custos, quandoquidem  
Dominus talentum hoc credidit,  
Obsecro, quin obtestor: ut e sacris litteris,  
Non littera superficiem,  
Occidit enim: sed nucleus sub cortice,  
Intus latens mysterium,  
Conemini decerpere cum prudentia,  
Tractare cum modestia.  
Bipennis est, improuidusq[ue] lacerat.  
CHO. Vltroneis stimulum adjicis.  
PET. Quod quisque reperit, in commune proferat,  
Curaq[ue] partem subleuet.  
CHO. Placet auispicari: PET. rite principio preces  
Fundantur. ita procedet opus.*

### Actus quniti Scena tertia.

*Syba seruus presbyteri solus.  
Alcaici duo cum Iambico dimetro &c.  
& Alcmanio.  
PR: quid tumulti est in edibus!  
Quam turbulentia concio! non pudet  
Antistites legifq[ue] peritos  
Tam streperis caluisse rixis!  
Vnde ista nouitas? quam licentia!  
Postquam de Iesu mentio facta, mox  
Primi Sacerdotum & sequaces  
Uociferando vetant referri.  
Repente, quantum proximus ad fores  
Audire quibam, cetera factio*

D 5

Par

*Par dignitate & albo, quorum  
Gamaliel, uti Nicodemus,  
Sese tueri, tendere sedulo  
Illum fuisse, non fore vel, ducem.  
Quem patriarcha femore Iude  
Iam moriens oriturum Jacob  
Prædixit: Ex quo maxima gentium.  
Penderet exspectatio, donec in  
Orbem veniret missus. hic idem  
Multo inamabilius reclamant.  
Quam tunc verebar! ne, vehementer ut  
Verbis agebant, ulterius citi  
Opinionis in furore  
Verbera veridicis pararent.  
Retudit horum paullulum ineptiam.  
Resuscitatum nuntius adferens  
Apparuisse plus quingentis  
Fratribus in Galilea aperto.  
ibi ille minister forte probantium,  
Periclitari, dicere quipiam.  
doneis sic comperisse  
Testibus, & bene conuenire  
Cum voce psaltis, fasa simul,  
Ac plura. Nec tot litigii tamen,  
Neque partium redintegrari  
Pax studiis aliquando cœpta.  
Abeo: mibi nisl quippe negotij  
Ilic, nec usus tam ardua iurgia  
Diudicandi. Quod si porro  
Pugna sequatur iniqua pugnis,  
Longe minus, non pactus enim fui*

*Seruire*

*Seruire cum discrimine tergi hero,  
Nec fas sine iure suffragari.  
Fortior haud inopes grauarem.  
Mos fit diurnus. Quid scit an hac die  
Redire possit mutuo gratia?  
Nec signifer ego vapularem!  
Tutius est vim agere in culinam.*

*A Et. quinti Sce. quarta, & vltima.*

*Christus, Chorus discip. per os Petri.*

*Iambici trimetri & dimetri.*

*P Rodite alacriter dulcia mihi pignora  
Addicta præ Orbis initio,  
Quorumq; lacus neminem desidero  
Reprobissimum, quam vasculum.  
Damnationis. CHO. Adsumus agiles Domine.  
CH. Nulli est, opinor, amplius  
Ambigua mens, quin glorioſo corpore  
E mortuis surrexerim.  
Nam quadraginta per dies affabilem.  
Crebro fuisti intuiti.  
PET. Tu nempe Patris unigenitus es Dei.  
CH. Nunquam tam amica fidelitas  
Cohesit, ut non dirimeretur postmodum.  
Proinde, quoniam tempus est  
Adire sacram me parentis regiam,  
Nonissima hec infigite  
Mandata. Primo diligatis inuicem,*

*Nil*

*Nil caritate excelsius.*

*Vos habeo testes, etheris quod est soli  
Mibi potestus tradita.*

*Eaque fungens, ac modo dispartiens  
Mortalium fidissimus,*

*En mitte vos, me sicuti misit Pater,  
Apostolos Euangeli:*

*In cuncta terra vester intonet sonus  
Gentilium confinia.*

*Tamen excentes, in Palastina primi,  
Hinc contiguis regionibus,*

*Populo ibi predicate penititudinem,  
Et instituite moribus.*

*Quemcumq; veteris corriget vita pudor,  
Intingite illum, in nomine*

*Patris, perinde Fili, atque Spiritus  
Sancti: in super remittite*

*Delicta, veniam consequentur ita ratam.*

*PET. Quo pacto Domine quibimus  
Dignoscere? CHO. Hac inicia praeserferent*

*Vestro additi commercio.*

*Mox invocato me propellent Damones,  
Lingua loquentur omnigena.*

*Venena tollent, ut q; biberint mortiferum,  
Innoxij vim digerent.*

*Manus super agros applicabunt, & statim  
Langor recedet artibus.*

*Qui vero tantum deprecabitur officium,  
Diffisus ac incredulus,*

*Scelere obligatus perpetim cruciabitur.  
De pedibus in hunc puluerem.*

*Excute,*

*Excute: vindex assero, quoniam Zodomis  
Clementius erit iudicium.*

*Hierusalem, oh Hierusalem non amplius  
Visura promissi faciem:*

*Prophetico polluta pridem sanguine,  
Ab Abel usque Zachariam,*

*Quoties tetendi prolibus expansam tuis,  
Ut mater alias dexteram:*

*Nec subter umbram passa es oculi meam.  
Impleto mensuram patrum.*

*Endeserentur propediem lares tui  
Lateq; ruina concidet.*

*PET. An ergo nondum venit hora regnum uti?  
Dominator Irael statuas?*

*CH. Fas neutquam momenta vos prenoscere,  
Quo genitor afferuat sibi.*

*Id scite tantum tempus imminere, quo  
Beata vocabitur sterilis.*

*Aduento in olinis inclytum modo ingum,  
Puncto recellar ab omnibus.*

*Nihilo minus subite relieti monia,  
Ibi sedebitis aquanimes,*

*Dum Paracletus imbuat vos desuper.*

*PET. Itan' separaberis Domine?*

*CH. Sedate luctum, haud orphanos ideo finam.  
Solator ille spiritus*

*Agenda in aulis, medio & in discrimine  
Responsa fide suggesterit:*

*In vita semper palmites herebitis  
Quamvis recordar paullulum,*

*Ero penes vos usque finem seculi:*

*Donec*

*Donec per ignem euerrero  
Purgamen Orbis: & adhibuero indices  
Duodecim super tribus.  
Tunc confruemur gloria absque termino.  
VET. Quod ante plasma syderum  
Divina faxit rite prouidentia,  
Et nunc & eternum vigeat.*

*Amen.*

## *Peroratio.*

*Senarij.*

*A D vos o plena benevolentia ingenia  
Reuertor intra pectus ambigens quibus  
Orationis viribus digne queam  
Humanitati tanta gratias agere,  
Et quo meremini ad unum h[on]ore prosequi.  
Quoniam inchoato primitus ab exordio  
Adeo steritis consilentes & placidi,  
Et more sanie conferentes nil schole,  
Ut liberum mibi fuerit pendentibus  
Ex ore nostro mentibus stimulum addere.  
Sive illud exquisita suastri indoles,  
Vel irremissa cupiditas mysterij,  
Vtrique singulare do praconium.  
Nanque ille candor in theatris infrequens  
Impendio placere monstrat Pallada.  
At hac sacri dilectio spectaculi,  
Quanto magis propensa, eo ampliore fit*

*Picturae,*

*Pietate, postquam sedulo reminiscimini  
Calo profectos quid manere conueniat:  
Hereditatem nempe regni perpetui,  
In quam citati voce calesti sumus,  
Quisq[ue] signum Dominus ipse preferens  
Corruptionem carnis in se sustulit  
Ut nos deinceps semen & genus Dei  
Linquendo praua retro desideria,  
Ex cresceremus in viros prudentia,  
Quibus foret non triste, de terra hospitio  
Domum, inq[ue] patriam post liminio excedere.  
Et cum tuba cantante, momento brevi  
Nutari, & immortale corpus effici.  
Nam suscitauit filium iuicco Fater,  
Potissimas tunc dormientium primitias,  
Ut mortui post tempus omnes surgerent,  
Et orta ab homine mors per hominem occumberet.  
Qui transfiguret singulos cum gaudio,  
Dum sanguis abiit atque carnalis nota.  
Eaq[ue] spe fonsente versamur per egre.  
Quipd mortuorum nemo si resurgeret,  
Perire quotquot recta egeret per fidem,  
Virtutis & nos perderemur amuli,  
Ita feriatis miseriiores ethniciis:  
Quia caritatis igne mentem perciti,  
Studio iudicate cum salutisducimur,  
Vmbraticis fraudamus hic genium bonis.  
Sed aliud almus insufflavit spiritus,  
Secusq[ue] vates assuerat Ezchiel,  
Neque id negare vel Iosephus, vel suis  
Pilatus audet dissimulare litteris.*

*Proinde*

*Proinde sursum commigremus unanimes,  
Scnsum: & dictim ut fructus cui defluit.  
Grata apice montis munifico exspectat Sion,  
Intus, Dei in viueniis urbe Hiernalem.  
Sic institutis non molestum erit mori,  
Incerta postquam veniet hora viuite  
Latii, atque scelere intaminati plaudite.*

*F I N I S.*